



VM EX HOC LOCO
sæpe dictum sit de uniuersa
philosophia deq; harum arti-
um omnium dignitate, quæ in
scholis ideo traduntur, quia
ad bene beateq; uiuendum iu-
dicantur esse necessariae, Ego
pro ingenij mei mediocritate
omissis illis preconijs superiorum disciplinarum,
quas arbitror propter manifestam utilitatem com-
mendatissimas esse omnibus, pauca quædam dicere
institui de hoc genere disciplinarum, quod nos pro-
fitemur, et quo prima ætas ad percipiendas maio-
res artes præparatur. Quanq̃ enim et harum utili-
tates quotidie uobis in scholis decantant præceptores,
tamen hic aliquid de ea re dicendum est, ut publico
mori seruiamus.

Et quia a me publico nomine habetur oratio,
tantum ei tribuetis autoritatis, Adolscæntes, quan-
tum existimatis esse in hoc collegio uirorum optimo-
rum et doctissimorum, præceptorum uestrorum, qui
mibi hanc personam imposuerunt. Nam horum
omnium sententia mea uoce ad uos perfertur, qui
cum uobis optime consultum uelint, non desinunt
uos hoc in loco adhortari ad hæc studia colenda,

A ij

quæ